

INSTITUTIONVM  
**MONASTI-**  
CARVM SECUNDVM  
SACROS ANCTI CONCI-  
LII TRIDENTINI DECRETA  
Libri tres.

AUTHORE V. P. F. PETRO A  
Sancto Audomaro, alias de Valloncap-  
pelle, Religioso instituti B. Benedicti,  
ex monasterio Sancti  
Vincenti.

*Secunda Editio.*

ACCESSERVNT TRACTA-  
tus duo: alter de Monachorum Ho-  
spitalitate, alter de casibus reservatis  
illorum Prælatis, cum tribus ad  
Monasticen professos con-  
cionibus, eodem  
Authore.

COLONIAE,  
*Apud Maternum Cholinum.*  
M. D. LXXXIII.



Coll. Soc. Jesu Calm. ex dono Regis

REVERENDISSIMO  
IN CHRISTO PATRI AC  
DOMINO, D. FRANCISCO A  
Sancto Audomaro , alias de VVal-  
loncappelle, Episcopo Namur-  
censi, fratri suo,

S. P.



VVM Reuerentissime  
Domine, & in Christo  
dilectissime frater has  
Institutiones monasti-  
cas viderem, licet me-  
dis prima scateret aedi-  
tio, plurimis placuisse,  
adeo ut in quibus-  
dam coenobijs pro ve-  
spertina collationis lectione coram toto mo-  
nachorum coetu legerentur: In alijs vero iu-  
uentuti iuxta monastices instituta imbuen-  
de, & ad perfectionem contendenti, ab ipsis  
moderatoribꝫ prælegerentur: operę pretium  
& mei munera esse iudicauit, à mendis repur-  
gare, dispersaq; aptius reponere, & quæ dees-  
se videbantur supplere, totumq; opus à frō-  
te ad calcem usque recognoscere. Porro istud  
cum fecerim, imò & ipsum opus multis au-  
xerim capitibus, & tale reddere studuerim,  
ut nouum non immerito existimari possit,

(†) a non

# PRAEFATIO.

 **V**O TIES mihi ob oculos  
mentis statuo antiquum il-  
lum monastices splendorem,  
quo olim multis sæculis mirè  
est illustrata Ecclesia; è regio-  
ne deformitatem, ac tenebras, quibus nunc  
obuoluitur, vix lachrymas contineo. Ec-  
quis non lachrymetur, ac defleat, si illius  
sanctam conuersationem, pietatem eximi-  
am, perfectam sui ipsius abnegationem, vi-  
tam denique angelicam potius, quam hu-  
manam, cùm huius temporis nonnullo-  
rum monachorum dissolutione, improbi-  
tate, vita denique infra humanam conferat?  
Deducant oculi mei lachrymas per diem,  
ac noctem, & non taceant, quia contritione  
magna contrita est virgo filia populi mei,  
(ait Dominus) plaga pessima vehementer.  
Quæ olim sedes virtutum fuit, & speculum  
pietatis lucidissimum, nunc facta est omni-  
um penè sentina viciorum. Infatuatum est Her. 14.  
sal, lux in tenebras versa est. Olim namque  
tam cœnobitas, quam anachoritas, (vtrius-  
que enim generis monachos habuisse sæcu-  
lum illud aureum sacri dœcent Historio-  
graphi) religiosissimè, ac piissimè, expe-  
stantes beatam spem, & aduentum gloriae

A

magni

Math. 5.

400

# TRACTA=

## TVS DE HOSPI-

### TALITATE.

*Religious teneri ad hospitalitatem, maximè  
qui professi sunt secundum D. Benedicti re-  
gulam, cui essentialē esse probatur.*

#### CAPVT PRIMVM.

**Q**uoniam in multis cœnobijs ita re-  
friguit charitas, seu potius extincta  
videtur, vt nulla aut rara admodum  
seruetur hospitalitas, quām tantopere com-  
mendant sacræ literæ, doctorumque ortho-  
doxorum authoritas, ac sanctorum pa-  
trum exempla, libuit de ea non nihil dispe-  
rare, atque ostendere religious ad eam om-  
nes obligari, maximè verò eos, qui profes-  
si sunt obedientiam, & morum conuersio-  
nem, secundum regulam D. Benedicti, cui  
præ cæteris essentialis esse viderur. Verùm  
vt id intelligatur certius, efficaciusque per-  
suadeatur, paulò altius repetendum est. No-  
tandum imprimis est D. Benedictum or-  
dinem sic instituisse suum, vt non tantum  
vitam contempliuam agere debeat, sed &  
actiuam. Illi quidem vacare totam fratrum  
communitatem; huic verò simul & illi

Cap. 43. &  
50. Reg.

Abba-